





1755 ME  
18

DISSERTATIO IVRIS FEVDALIS  
DE  
**OBLATIONE FEVDI**  
**IN SVBFEVDVM ABSQVE**  
**CONSENSV DOMINI**  
**INVALIDA.**

---

QVAM  
PRAESIDE  
**DANIELE NETTELBLADT**  
POTENTISS. PRUSSIAE REGI A CONSILIIS AVLICIS  
ET IVRIVM PROFESS. PVBL. ORDIN.  
DIE MARTII CIO ID CCLV.  
DEEFNDIT  
AVCTOR ET RESPONDENS  
**JOHANNES GOTTFRIED SALOMO**  
MAGDEBURGENSIS.



---

HALAE MAGDEBURG. LITTERIS HENDELIANIS 1783.

(5)

DIESER TITEL WURDE VON M. HEINRICH

DR.

OBLATIIONE FREDI  
IN S. BERNARDI ABBASIAE  
CO/SE/ZA/ DOWNI  
IN AVTRIA.

PRAESIDIA  
GANIERE NETTERBLADT  
ACUTER ET RUMINANDIS  
JOHANNES GOTTERED SALOMO

HALLE MAGDEBURG, FRIEDRICH GEMPELWICZ 1740



DISSESSATIO IURIS FEVDALIS  
DE  
**OBLATIONE FEVDI**  
**IN SVEFDVM ABSQVE CONSENSV**  
**DOMINI INVALIDA.**



§. I.

Vassallum feudum suum alteri in subfeudum dare posse, ex consuetudinibus feudalibus tam Longobardicis quam Germanicis sat is superque constat. An vero feudum suum tertio in subfeudum sine consensu Domini directi offerre, ipsi licitum sit, est, de quo Iuris feudalis Doctores inter se dissentunt. In feudis Landafficis plurimi id negant, quod vero ad feuda Imperii attinet, multi negant, multi adfirmant. Vtraque pars argumenta ad opinionem suam sufficiendam, speciem veritatis praese ferentia

rentia profert. Adfirmantes prouocant ad exempla factae antiquitus oblationis feudi in subfeudum, vbi consensum Imperatoris exhibitum esse demonstrari non possit. Negantes confitentur quidem, adesse exempla: sed a factis ad ius quoddam concludi non posse, obtundunt. Hoc iureconsultorum dissensu motus, mihi proposui, dubiam hanc quaestionem expendere, atque, quatenus vires meae id permittunt, ostendere, facultatem, quam tribuunt nonnulli Dd. Vasallo, invito Domino directo subdominum sibi adoptandi, quod sit si feudum in subfeudum offert, neque Vasallis in genere, neque in specie Vasallis imperii competere.

## §. II.

Antequam vero ad ipsam huius propositionis demonstrationem procedam, me a scopo meo non procul aberraturum esse duco, si parumper examinanda quaestio: An Dominus dominium directum absque consentiu Vasalli alienare possit? immorer, imprimis cum multi Dd. qui aequalitatem inter dominum & Vasallum, quam ius feudale Longobardicum praesertim commendat, somniant, a iure Domini ad ius Vasalli concludere soleant, & qui controuersa haec quaestio aliter secundum consuetudines Longobardicas, aliter secundum Germanicas diiudicari debet, eam secundum vrasque examinabo.

## §. III.

Si Ius feudale commune consulimus, parum exinde solati pro Domino defumi poterit, ibi enim per expressa verba constitutum est *ex eadem lege fluit, quod Dominus sine voluntate Vasalli feudum alienare non potest*: II. Feud. 34. §. 2. Rationes huius legis quod attinet, interpre-

terpretes diuersas afferunt. Iniquum nimirum esse dicunt, dominum Vasallos tamquam seruos alienare; porro, idem conuenire principiis iuris naturalis, secundum quae nemo sine alterius pacientis consensu a pacto desire possit; vinculum mutuae fidelitatis inter dominum & Vasallum esse tam arctum, ut sine mutuo dissensu dissolui nequeat, siquidem in ipso iure feudali fratres, & quod in primis notandum, coniuges appellantur. His argumentis dissertationem suam exornat. Dn. a FREISLEBEN de mutatione domini in subfeudis Imperii absque consensu Vasalli inualida. Conf. illustr. Dn. KOPP in prima parte der *Lehn-Proben* p. 17.

## §. IV.

Hic textus & alii ipsi similes consuetudinum Longobardicarum Interpretes mouerunt, vt, quae in iis constituta sunt ad feuda Germanica adplicarent, siveque Domino feudi omnem facultatem de dominio directo, absque consensu Vasalli disponendi denegarent. RINCK de ratione clypei habenda in alienando feudi p. 26. In eiusmodi spuriis conclusiones vero non incidissent, si oculis in praxin veterem & recentiorem coniectis, probe perpendissent, ius feudale commune nullius esse valoris, si consuetudines Germanicae contrarium definiant, vel conditio feudorum Longobardicorum a Germanicorum differat. conf. KOPP in praefationibus, quas praemisit den Proben des teutschen Lehn-Rechts. Ad domesticas igitur censuetudines quod attiner, plane persuasus sum, secundum eas dominum dominium suum directum, neglecto Vasalli consensu, alienare posse, nisi pactis vel legibus prouincialibus aliter determinatum. vid. Oesterreichische Lebns-Ordnung tit. 173. ap. LÜNING, Corp. Iur. Feud. Tom. III. p. 589. Hoc sicut

A 3

ex

ex conditione Feudorum Germanicorum; ipsae leges feudales Germanicæ idem loquuntur: praxis confirmat, & celeberrimi Iuris feudalnis Dd. mecum consentiunt, prout ex nunc dicendis patebit.

## §. V.

Constat inter omnes autequam feuda qualitatem hereditariam induissent, dominum Vasallos suos, si seruitia eorum sibi non amplius arridebant, feidis priuare potuisse, quemadmodum hodierno die quilibet Dominus ministrum abdicare potest. vid. Illustr. K O P P de *insigni differentia inter Comites Imperii & Nobiles immediatos* p. 49. Postea vero quam feuda ad filios, & per Constitutionem Conradi Salici ad nepotes, & tandem ad reliquos agnatos transire coeperunt, potestas quidem Domini arctis cancellis est circumscripta, non ita tamen, ut dominium directum ipsis non amplius manereret integrum, vel de eo, tamquam de allodio, non amplius disponere posset; sed ut nunc Vasallo, id quod antea poterat, pro lubitu, sed ob certas caussas legibus determinatas feudum auferre nequit. Et licet obiiciant, qui ad decempedam Longobardorum omnia demetriuntur, legibus Germanicis dominium & Vasallum etiam ad reciprocam fidelitatem obligari, eam vero violari, si dominus directum dominium, vasallo non consentiente: alienet, & per consequens huic nouum dominum obrudat; iis tamen merito responderetur: hanc tam diu quidem requiri, quam negotium feudale inter utramque partem intercedit, eo usque autem non esse extendendam, ut Domino facultatem adimat, si sine iniuria Vasalli sit, a contraetu feudali discedendi. Ipsi aduerterii permittunt Vasallo feudum, etiam inuito Domino, renunciare, remo vero facile sibi persuadebit, pactum

pactum mutuum vnam partem obligare, alteram minus;  
quod foret absurdum.

§. VI.

Auctor vetus de Beneficiis, qui secundum maxime probabilem THOMASII opinionem, tempore, quod inter Ottones & Conradum Salicium intercedit, vixit, ita scribit: *Non enim licitum est, ut superior Dominus in inferiore clypei, hominem cum suis faciat declinare beneficium* §. 58. pag. 164. in Corp. Iur. Feudal. Perillustr. SENCKENBERGII. *Consentit ius Feudal Alem. cap. 89. p. 74. loc. cit.* Si Dominus alteri refutat feudum suum: teneatur hoc denuntiare Vasallis suis intra annum. Incipit terminus annualis Vasalli a die factae ei, a Domino denunciationis, coram Paribus suis, quod petat feendum suum, quod ab eo tenebat. Siue alter, cui feendum cessum ipsi denuntiat, quod obtinuerit feendum, quad ab ipso recognoscere debet: in fine additur; si quidem Dominus iste Vasallo videatur eiusdem dignitatis esse, qua erat prior: *si secus id se habeat, non tenetur eum recognoscere.* His addo Cap. 153. §. 23. loc. cit. pag. 129. Si Dominus feendum cedit impari, & designat Vasallos eo perientes, ut inuestituram ab ipso petere debent: si iis, id Dominus non denunciauit, hanc nocet ipsi. Si vero Dominus, vel eius nuncius id denunciauit intra annum, a die illo, inuestituram impetrare debet: *siquidem iste par domino, aut ipsis Superior.* conf. Richtsteig, Lehn-Recht loc. cit. pag. 326. Ex his texibus clare apparet Dominum non teneri, consensum Vasalli sui habere in alienando dominio directo: attamen sub hac conditione; nisi illud in alterum, qui minoris quam ipse est clypei, transferat. Quis vero sit horum ultimorum verborum sensus, quam maxime controversum est inter interpretes. Qui com-

communem & maxime obscuram doctrinam de septem clypeis sine sufficiente deliberatione sequuntur, eorum interpretationem facillimam esse dicunt, rati, per dicta verba nihil aliud intelligi, quam si Dominus in superiori clypeo constitutus, in inferiori constitutum, e. gr. Princeps, qui tertio clypeo comprehenditur in Comitem, vel liberum Dominum, qui in quarto positus est, dominium directum inuitu Vasallo transferat; hoc enim casu inquit, fieri diminutionem clypei, & exinde colligunt Vasallum non teneri ab hoc nouo Domino inuestitiram petere, vid. RINCK. in cit. *dissert.* At, quum haec interpretatio fundata sit in doctrina de septem clypeis, quos pro antiqua diuisione nobilitatis Germanicae in septem classes habent, quam alii recte reiciunt; vid. PISTORIVS in *Conspic̄t. Illustr. inter S. R. I. Comites & Ordin. immediat. equestr. glient. controuersi. quaest. 2. pag. 935.* apud LÜNIG. *Thesaur. Iuris der Grafen und Herren, & Illustr. ESTOR* in eruditiss. *Commentat. de Ministerial.* pag. 425. & seqq. qui hanc Repkouii distinctionem clypearum ex valde probabilibus argumentis pro diuisione exercitus in septem cohortes habet; cui etiam adserit Illustr. RICCIUS in *dem zuverlässigen Bericht von dem landäffigen Adel in Teutschland* pag. 429. non possum illi suffragari, & tam diu incerta manet, quam doctrinam suam de septem clypeis, in qua eam fundant, firmioribus argumentis demonstratum dederint; & licet veritati esset conueniens, tamen eius usus in Germania non obseruatur, in primis cum praxis contrarium docet; vt ex sequentibus apparebit.

## §. VII.

Vt vero doctrina mea de illimitata domini directi potestate Vasallos suos vna cum feudo neglecto eorum consen-

consensu alienandi eo firmiori nitatur talo, eam nonnullis exemplis illustrabo. Perillustr. SENCKENBERG producit instrumentum venditionis, quo Comes Pontinensis Atrebatenſi vendit Vasallos suos, quod, quia memoratum dignissimum est, hic transferam: *Illustri & Karissimo Domino suo R. Comiti Atrebatenſi M. comes Pontini & Monſtoli & M. eius uxori comitissa ſalutem & paratam ad eius beneplacita voluntatem. Excellentiae veftrae tenore praefentium ſignificamus, quod nos volumus & concedimus, quod vos omnia feuda & homagia noſtra quaecunque habemus ultra Authyam versus terram veftram, & quicquid nunc habemus & habere debemus in eodem habeatis in perpetuum nomine emtionis per pretium quod dilectus & fidelis noſter Guillermus & Mencenao miles & Symon de Vilaco Bailliuſ Atrebatenſi ponent in iis. Datum apud Espinolum Anno Domini M. ducentesimo quadragesimo quarto die Iouis post festum beati Iocobi Apoſtoli, vid. EIVS Selecta Iuris & Hiftor. Tom. VI. p. 445. Postea quidem consensus regis Ludouici X. acceſſit, ſed de voluntate Vasallorum requiſita altum eſt silentium. Idem Perilluſtr. Auctor profert chartam donationis loc. cit. pag. 440. qua Henricus comes in Sualenburg bona ſua in Comitem Waldeccensem tranſerit. Verba huic pertinentia haec ſunt: & omnibus noſtris Vasallis ſub obtentu pheodorum fuorum, quae a nobis & progenitoribus noſtris iure pheodi poſſederunt. ſimiliter praecipiendo mandantes, quatenus omni dilatione & impedimento poſtponitis, dicta bona pheodalia demeſps & de cetero, a praedicto noſtro consanguineo & ſuis heredibus ſicut a dominis pheodi proſiteantur ſe habere iuramenta, homagia ac ſolemnitates alias, ad professionem huiusmodi neceſſarius ac requiſitas iplis praefantes quandocunq; per eodem fuerint requiſiti &c. Porro KOPPIVS in tract.*

von dem Heimfall des Ober-Eigenthums an die Lehn-Leute  
in adiect. num. 10. pag. 249. fistit chartam, qua quidem ex  
inferiori nobilitate vendit Vasallos suos comiti Ottoni de  
Nassau, & praecipit eis sub comminatione amissionis feu-  
di, fidelitatis iuramentum, comiti praetare: Und sagen  
diese erbare vorgenannte Lude ihre Eide die sie mir gedan-  
bant ledig und los mit alsolchen Unterschiede, daß sie die  
Hulde und Eide doin sullen mit allem Rechte an alle Wi-  
dersprache, dem vorgenannten Greven Otten von Nassau-  
in alle der Wyß und Rechte, als sie mir gebuldet und ge-  
schworen hant Jem und sinem Erben getrume und bolt zu-  
sunde als Recht und Gewonheit ist, weret das Sache, daß  
sie des mir en deden und wilcher sin Leben mume den vor-  
genanten Greven Otten oder sine Erben nit entſinge noch eme-  
n buldete, die oder der hetten ir Leben verlorn, und much-  
te der vorgenante Greve Otte das fordern mit allem Rech-  
te. Hoc exemplum eo magis annotari meretur, quod  
eo docemur, etiam ingenuos, si Vasallos haberent, de iis  
perinde atque nobiles disponere potuisse. Porro ex illo  
patescit, eorum doctrinam non satis esse fundatam, qui  
ministerialium statum seruilem ex libera ipsorum aliena-  
tione deriuare volunt, vt postea annotabo. Idem Vir-  
eruditus adfert instrumentum emtionis in altera parte  
der Proben des teutschen Lehn-Rechts pag. 83. quo comes  
de Rieneck, domino de Hanau, Brandenstein & Schlüch-  
ter cum castris & feodis vendidit: Wir Greve Lu-  
dewig von Rienecke der Jung vergen und bekennen offelu-  
cken an diejene Brive und dan kunt allen den die in se-  
bent und borent lesen, datz wir mit Verhenenisse, unde  
Willen Frauen Aleit Unser elicken Würten Brandenstein  
und Schlüchtern, mit Burgmannen, Mannlehen, Lutern,  
Gerichten, Herschaft, mit Watzer, mit Weide, mit Wel-  
dern,

*dern, mit Holtzen, mit Velde unde mit alleme Notzen verschucht, und unverschucht, wie Wir etzhan, und bitz her gehabet han, verkauft han, unde verkeufen &c.*

§. VIII.

Cum autem quilibet qui liberam de re sua disponendi facultatem habet, eam nonsolum vendere, donare, sed per quoscunque alienandi modos in alterum transferre possit, id etiam domino intuitu dominii directi licitum esse, nemo facile inficias ibit. Exinde sequitur, vt illud possit oppignorare, in feudum dare, in feudum offerre absque consensu Vasalli &c. Ostendam id per exempla. Exploratum est pignoris germanici eam esse naturam, vt is, cui res aliqua, praesertim immobilis, oppignoratur, ius dominio parum dissimile acquirat. Idecirco Inuenimus in antiquis tabulis, si Dominus castrum suum cum Burgenibus vel Castellanis, aut territorium cum clientelis alteri oppignorasset, simul in eum dominium directum in Vasallos transisse, eosque fuisse obligatos ad homagium & seruitia ipsi tanquam domino suo directo praestanda. Id docet charra Ludouici IV. qua anno 1336. oppignorat Caesaris insulam apud POTGIESERVUM de inde & natura pignoris pag. 234. Feoda, inquit, imperator, omnia & singula saepe dictis operidis castro & Scultetiae spectantia & specialiter castrum Royde, cum suis attimentiis, quae a nobis, & Imperio originaliter descendit dimicuntur, conferre possunt, & ad ea uestire, ac inseudare hos quorum esse nofcuntur. -- -- -- Ipsa quoque feodatarii seu vasalli feuda eadem tenentes ac recipientes omnia seruitia, & iura, quae nobis, nostrisque Successoribus & Imperio ratione corundem feudorum facturi essent; & seruituri saepedictis Wilhelmo comiti Iuliacensi

*& suis haeredibus facient.* Apud eundem Autorem loc. cit. pag. 159. inueniuntur tabulae oppignorationis, quibus Salentinus comes Saynensis medium partem territorii Vallendariensis Dietherico nomine de Runckel pignoris nexu obligat, ex quibus sequentia ad scopum meum pertinentia, hoc transferam: *Die Veste und Dorf zu Vallendar half mit Herrschaften und Gerichte, Hoehe und Tieff, Geistlich und Weltlich, mit Mannen und Burgmannen, Dienstleuten, Leuten, Diensten, &c.*

## ¶ §

Ex eo, quod Dominus de dominio directo ut de alia quacunque re propria libere disponere possit, porro fluere in paragrapho praecedenti monui, vt illud infendare & tertio in feudum offerre queat. Apud s C H A N N A T. Client. Ful. num. 28. exstat charta de anno 1390. qua Abbas Fuldenis Landgrauio Thuringiae & Misniae cedit dominium directum castri Erffae, addita condicione, vt id ab Abbatia recognosceret in feudum: *Also daz der mergenannte unser Herre Herre Balthafer und si Erbin dieselbin Lebenschafft und Lehin Recht des Schloß Erffa und seiner Zugehörungen, Guden, Lebewen die sy vor uns mit unserer Stifte h bin ewiglichen von uns und unsere Nachkommen und Stifft tragen, entphaben, besitzen und haben sollen als Lehin Guts Recht ist an alles Geverde LÜNT C I V S in Corpore iur. feud. Tom. II. pag. 153. sicut litteras domini de Colditz quibus fatetur se Wenceslao, regi Bohemiae dynastiam suam Colditz cum clientelis & feudis in feudum obtulisse: Davon haben mir mit wohlbedachten Muthe mit Ratke unsrer Freunde und rechten Wissen, unbezwingen, und mit vorgedachter freyen Willkür dens durchleuchtigsten Fürsten und Herrn, Herrn Wentzlouen*

Khuni-

*Kleinige zu Bekemb unser Herrschaft Colditz, Burck,  
und Stadt, Mannschaften, Leknshaften, verleknte Gü-  
ter &c.*

§. X.

Hoc domini directi ius, quod ipsi partim ex con-  
suetudinibus feudalibus Germanicis, partim ex obseruan-  
tia vindicauit, etiam exinde amplius probari potest, quod  
in dominium directum eadem, quae in alias quascunque  
res allodiales, successio locum habeat, testamentaria nimi-  
rum, paetitia & legitima De testamentaria id testatur  
KOPP loc. cit. pag. 298 & seqq. Es gehöret aber diese Fra-  
ge dermahlen gar nicht bieker, weil in dem hier vorkom-  
menden Fall der Besitzer solcher Activ-Lehn und Mann-  
schaften, welcher von niemand andersweit zu Leben em-  
pfängt, jure allodiali besitzet, ein folglich auch bey Erlö-  
schung seines männlichen Stammes im Fall die weibliche  
Erben oder andere Anverwandten durch paetae familiae,  
statuta domus, oder sonst kein eigenes Recht bereits dar-  
an erlanget haben, nach freyen Belieben darüber verordnen  
kan. De paetitia nemo facile dubitabit, cui tot confrat-  
ternitates non sunt ignotae. Quod ad legitimam attiner,  
in ea nulla sexus praerogativa locum habet, nisi per pa-  
Eta domus aliter determinatum, & si plures sunt heredes,  
hi Vasallos tanquam res alias inter se diuidunt. Illustrē  
exemplum vide apud Perillustr. SENCKENBERG. Select.  
iur. & hist. Tom. II. p. 354 & seq.

§. XI.

Ceterum libera de dominio directo disponendi fa-  
cilitate dominus non solum in feudis datis gaudet, sed  
etiam in oblatis. Multi quidem dantur Doctores, qui

B 3

magnam

magnam differentiam inter feuda data, aut, ut ipsis in ore est, feuda gratiae & oblata esse defendunt. Argumenta eorum, si animum abstrahis ab obseruantia contrarium docente, non plane sunt nullius momenti. Ius feudale commune inquiunt, duntaxat ad feuda data applicari posse, quoniam de feudis oblatis in eo altum sit silentium; porro illa ex mera gratia & bonis domini ad vasallos peruenisse, haec e contrario ex facultatibus vasalli esse nata, idcirco ea ex rigorosis iuris Longobardici regulis diiudicari non posse, & veritatem differentiae vel exinde apparere, quod feuda ecclesiastica, quae maximam partem sint oblata, sint longe melioris conditionis quam alia. Sed si in consuetudines feudales Germanicas oculos coniicias, sieta haec differentia statim euaneat. Obseruarunt enim iam dudum viri eruditii, qui chartas feudorum oblatorum manibus triuerunt, dominum dominum directum plurimum titulo operoso acquisuisse. Si enim scribit Perillustr. SENCKENBERG. in *iur. feud. prim. lin. Part. II. cap. 10.* §. 224. Oblatio feudorum multis fit modis, qui tamen ad dationem ut plurimum accidunt, semper enim fere aliquid offerenti datum aut remissum, quo rem, quae antea eius erat, domini factam esse nosceretur. Quando bello captus hostis lytri loco, saepe feodificatio facta; quando damnum alteri illatum alias aere parato pensandum, hic contractus restitutionis vicem subiit; quando quis bello inferior factus sua saepe hac lege concessit, aut recepit; multi sibi metuentes defensionis habendae caussa, in aliorum iura concesserunt. Ex quacunque vero demum caussa oblatio fiat, semper Feodum in domini potestatem transfertur, & postea demum Vasallo redditur. Conf. Dn. KOPP. loc. cit. pag. 112. Quin vero eiusmodi feuda oblata saepius arctioribus legibus constringebantur, quam ipsa data. Exstat charta

charta in Dn. de SENCKENBERG. Select. iur. & Histor. Tom. IV. pag. 269. & seq. qua milies de Einoede eastrum suum in feudum offerunt Ducibus Austriacis, ex qua sequentia verba hoc transferam: *Und daz wir wider sie und ir Land fürbazzer niunser getun möllen in thainweg, und ob wir daz yndert überfüren davor Gott si, wann uns dann die vorgenannten unsere Herren payt oder ir amer darumb vorderet, so sullen wir für sie kommen und alles daz leyden und tun, daz sie mit uns schaffent:* annotat ad haec verba Perilli str. AVCTOR: *Habes hic exemplum feudi oblati arctioribus legibus ac pleraque data constricti. Praecipue in ipsis domini feudi arbitrio est, Vasallum citare, & de felonie punire, ubi alias iudicio Parium Curiae esset locus.* Prim. Lin. iur. Feud. §. 431. seq. Hinc vero admodum a ianua absunt ii, qui feudorum oblatorum longe pinguiorem atque datorum conditionem sibi finxerunt, immo semper regulariter in utraque specie idem iuris, nimirum adpareat. Vid. illustr. MOSER in der Einleitung zum Reichs-Hoffraths Proceß Part. 3. pag. 142. & seq. Cum igitur sole meridiano clarius sit, nihil interesse inter feudata data & oblati; sequitur necessario, idem ius quod dominio in feudis in genere vindicauit, ipsi etiam competere in oblatis.

### §. XIII.

His quae haec tenus de illimitato domino circa dispositionem de dominio directo competente iure pluribus prosequutus sum, eruditissimi suffragantur feudorum Doctores. Dn. KOPP loc. cit. pag. 120. *Gleichwie nun die Lehn und Mannschaften vor und nach der Zeit, als die Vasallen auf ihre Lehn Güther eine Erblichkeit oder erbliche Lebns-Folge erlanget haben bis auf den heutigen Tag, in derer*

derer Lehn-Herren Eigenthum verblieben; also fliest hieraus von selbsten, dass auch die Lehen Herren, wann sie denen Vasallen, ihre erbliche Lehnsgaben gelassen, im übrigeng über diese Lehn- und Mannschaften freye Disposition gehabt, wie sie dann durch alle Zeiten hindurch wirklich damit, als mit ihrem Eigenthum, ohne jemandes Hinderung geschaltet, und gemahlt haben, und zwar durch allerley Gattungen der Veräußerung. Conf. b. de LVDEWIG primo foro subfeudor. Imperii pag. 38.

### §. XIII.

Postquam nunc veram esse, quam defendo thesin, euictum dedi, eam obseruationibus quibusdam illustrari iuuabit. Inquiram itaque hanc Dominus ex praescripto supra §. VI. allegatarum consuetudinum feudalium teneatur Vasallum non in minoris clypei hominem, quam ipse est, transferre? Illustrae STRVBEN in Part. der Nebenstunden pag. 379. de dubia hac quaestione ita mentem suam ex- primit, Hätte aber auch die Erniedrigung des Herrschildes in den ältern Zeiten böse Wirkungen gehabt, so ist doch solches alte Recht nachmals geändert, und seit verschiedenen Jahrhunderten ein Fürst des andern und ein Edelmann des andern Vasall, ohne Abbruch seiner Ehre. Me iudice obsoleta haec consuetudo semper parum aut nihil valoris habuit in Germania; in primis, si Dominus clientem suum nobili, sensu antiquo ita dicto, alienaret. Notissimum est, nobiles olim constitisse ex Ducibus, Comitibus & Baronibus. Duces & Comites antequam superioritatis territorialis, quae praecipue turbulentis Henricorum temporibus ad maturitatem peruenit, participes facti, officiales erant Imperatores & Imperii, gaudebant feidis Vexilli, alebant milites suos, ex ingenuis vel hodierna nobilitate infe-

inferiori desuntos, quos intuitu allodiorum suorum si bellum imperii erat subeundum, Imperatori in auxilium sub vexillis suis educebant. conf. SPENER *im teutschchen Iure Publ.* Lib. III. cap. 12. Idem etiam dicendum de Baronibus, praeterquam, quod hi Dynastiis suis contenti, sine munere viuebant. GVNDLING in *Viatriba de Feudis Vexilli* pag. 40. & seq. Postquam superioritas territorialis his Imperii Proceribus accreuerat, nihil in reliquis mutatum, excepto, quod Principes & multi Comites non tam respetu allodiorum suorum, quam Principatum & Comitatum, quos in feudum tenebant, amplius suscipiebant expeditiones. Aequa ut antea ingenui seu nobiles hodierni seruitia sua Vasallitica, tam militaria, quam atlica his Statibus Imperii promiscue dicabant, nec inuenitur in medii aei monumentis, iis, plus honoris attulisse, si Duci, quam si Comiti vel Dynastae fidelitatem clientelarem iurarent. Inde venit, ut Domini Vasallos suos, nulla ratione noui domini dignitatis habita, vi dominii directa alienarent, sed potius Dux Comiti, vel Baroni, & hi vicissim illi, ius suum in suos Ministeriales, sine ullo ipsorum contradicione cedebant, sicut ex multis exemplis a Dn KOPPIO loc. cit. allegatis perspici potest. Quin vero a saeculo XII. ut egregie annotat Dn. BEHR apud Illustr. STRVBEN loc. cit. Principes sibi in vicem Vasallagium praestare, ne probro quidem sibi ducebant. Exhibet LÜNIG in *Corp. Iur. Feud.* Tom. II. pag. 1839. chartam, qua Ducissa Lothariensis confiteratur, se Castellum de Sthenao a Comite Luxemburgensi in feudum recepisse, quam, cum dicta praeclare illustrat, huc transferam: *Innotescat praesentibus, etiam posteris, quod ego Agnes, Ducissa Lotharingiae recipi in Feodo, Castellum de Sthenao a Comite de Lutzelbourg, & modo, sicut par-*

C

ter

ter meus Th. bonae memoriae, quondam Comes Bavensis  
habuit a Domino Henrico, quondam Comite Namurensi &  
Luxenborgensi; si autem propter discessum meum haec hereditas ad heredem meum, qui sit Dux in Lotharingia per-  
uenerit, ipse dux dictum castellum, cum appendiciis, eomo-  
do, a Comite de Lutzelburg recipiet; sicut ipse a Comite  
Companiae alia sua feuda recipere consuevit, si vero alter  
heres meus qui non sit dux vel heres Ducis, qui dux non  
erit memoratum Castellum in hereditatem habut, ille, si  
credant, & voluntatis Ducis fuerit supra dictum Castel-  
lum cum appendiciis recipiet in feudum a Comite de Luxen-  
bourg, & de eo homo suus efficietur. Praeterea de omni  
quaerimonia, de qua ego & heredes mei Sthenium posside-  
bunt, coram praedicto Comite de Luxenburg stare iuri vo-  
luimus, ipse Comes: si quis inde nos impetrare voluerit, mihi & meis potenter tenebitur adstare, & consilium suum im-  
pendere & conferre. Hoc autem ut firmum ac stabile per-  
maneat. Sigilli nostri munimine feci roborari. Actum an-  
no Dominicæ incarnationis 1220. Nonas Iuli. In SCHIL-  
TERI Commentar. ad Ius Feud. Alemann. Cap. 136. §. 3.  
exstat tabula de anno 1291, qua Walrabus, Comes Bipon-  
tinus fit Castrensis Comitis Palatin Rheni: Nos Walra-  
bus, Comes de Zwinbrucke notum facimus praesentium  
Inspectoribus vniuersis, quoa Magnificus Princeps Domi-  
nus noster Ludeucus, Illustris Comes Palatinus, Rheni pro-  
castrensi nos obtinuit, & burgmanno & cetero. Ex his satis  
superque adparere puto, cum a multis seculis in consue-  
tudinem abierit ut Dux Comitis, & vice versa Comes  
Ducis aut Baronis Vasallus factus sit, nec hoc ipsis dede-  
cori fuerit, Vasallum nobilem etiam recusare non posse,  
quando Dux vel Princeps dominium directum Comiti  
aut Baroni cessit, ab hoc inuestituram recipere. Inpri-  
mis

mis cum etiam hodie nobiles imperii, qui feuda a Comitibus & liberis dominis tenent, eam ob caussam non minoris sunt, quam illi, qui clientes sunt principum.

## §. XIII.

Dubium autem adhuc est, an Vasallus, cum Princeps, Comes aut liber Dominus Nobili immediato dominium directum alienauit, caussam habeat recusandi feudum suum ab eo recognoscere, sub praetextu diminutionis clypei. Hoc affirmare videtur KOPPIVS loc. cit. pag. 154. *Wann aber der vorige Lehn-Herr aus dem Herren-Stande wäre, und seine Lehn und Mannschaft an einen neuen Lehn Herrn aus dem Ritter-Stande übergeben und veräußern wolte, da sind meines Davorhaltens die Vasallen an den neuen Lehn Herrn, der entweder geringern oder gleichen Standes mit ihnen ist, so schlechterdings zu folgen nich schuldig, weil die aus dem Ritter Standa, niemals das Fahm Lehn Recht, und das Recht e nen Lehn- Hof zu hab n und Lehen Gericht mit denen Vasallen zu halten gehabt, sondern selbsten milites gregarii gewesen, mithin diese Vasallen, welche vorher e nem ordentlichen Lehn Herrn oder Vexillario gedienet, nunmehr ihre Leben, einem aus dem Ritter Standa, und ihres gleichen vermachten und verdienen soll n, und also dadurch ihren Heerschild allerdings niedrigen würden &c.* Sed in eo Viro eruditio iustificari non possum. Mihi hic distinguendum videtur inter tempus interregnū antecedens & subsequens. Ante interregnū, cum plurimi nobiles superioritati territoriali subiecti viuerent, vix dari puto exemplum, vt aliquis Nobilis Vasallos habuerit, hoc etiam eorum conditioni plane erat contrarium, siquidem ipsi tanquam milites gregarii, vt cum Wippone, in vita Conradi Salici, loquar, ad parendum erant obligati non vt cohortes Vasallorum.

rum, quibus tanquam duces praeescent, sub vexillis, quorum erant incapaces, in proelium ducerent. Sed in interregno & postea, cum ius manuarium saeueret, & sub certis quoque conditionibus per leges Imperii confirmaretur, atque exstincta Familia Hohenstauffica nobilitas in Suevia, & Franconia ad immedietatem perueniret multos Nobiles gauifos esse clientibus ipse Dn. KOPP negare non potest. Quin vero Nobiles Imperii dedecori sibi non ducebant, Vasallos fieri ciuitatum Imperii, quarum ciues tamen tum temporis ad feuda maximam partem non admittebantur. vid. Celeberr. CRAMER de *Iuribus nobilitatis auitae* Cap. V. §. 5. In *Selectis iuris & Histor.* Tom. II. pag. 55. Dn. de SENCKENBERGII prostat charta, qua Wernerus de Hirzenheim sit Vasallus ciuitatis Francofurti: *Das han si für ihre Nachkommen, und die Stadt zu Franckenfort wir Wernehr vorgenannt, und mynen Lekens-Erben daz selbe ir mit Namen daz halbe teil vorgenannt wiederum zu rechten Lehen, gelichen, daz ich auch und myne Lehen Erben von yn zu Lehen haben und tragen sollen; & cet.* Ideo etiam fiebat, vt domini cientes suas ciuitatibus oppignorarent. POTGIESERVUS loc. cit. pag. 157. profert instrumentum, quo Dux Lauenburgicus castrum & oppidum Bergendorf ciuitati Lubencensi pignori opponit: *Et rursus totam terram nostram & totum dominium nostrum & honugia nostra.* Ex his igitur colligo, si Nobiles ordini suo maculam inferri non crediderunt, ciuitatibus imperii Vasallagium iurare, cum quibus tamen de praerogatiua contendunt, multo minus elypeum suum diminui putabunt, quando a sibi paribus feuda recipiunt, & per consequens Vasalli domino se opponere non possunt, quando dominium directum in nobilem transfert.

## §. XV.

§. XV.

Porro, non possum non II) errorem eorum annotare, qui exinde quod a domino libere sunt alienati, ministerialibus in specie sic dicitis, notam seruitutis inurunt. Ministeriales erant Vasalli & possidebant feuda, quorum intuitu Domino praestabant seruitia aulica, & Domino competebat dominium directum. Ast in antecedentibus satis demonstravi, illud ab ipso pro lubitu alienari potuisse, & per consequentiam Vasallos, nisi iacturam feudorum suorum facere voluerint, simul in nouum dominum esse translatos; hincque cogi non potuisse, nouo domino se subiicere, si feuda sua volebant de relinquere. Sed seruorum longe alia erat conditio, hi, vel cum, vel sine peculio suo alienabantur, id quod in domini erat arbitrio, siquidem etiam quoad ipsum corpus in eius erant proprietate. Serui igitur alienatio fiebat ex mera dominica potestate, minime autem Ministerialis, qui per consequentiam in noui domini transibat clientelam, dominio directo a veteri ipsi cesso.

§. XVI.

Tandem III) & hoc intactum relinquere nequeo, ex doctrina mea de iure domini libere de dominio directo disponendi, egregie illustrari originem feudorum in territorio alieno. Cum enim Princeps clientes suos, quorum feuda in territorio suo sita erant, alteri, quod saepius factum, cedebat, non porerant non Vasalli duos agnoscere dominos, vnum territorii, alterum feudi.

§. XVII.

Hac tenus in demonstrando iure, quod Domino competit, de dominio directo libere disponendi, occupatus

C 3

sui.

sui. Ostendi, illud ipsum absque consensu Vasalli alienare posse, nec interesset, an nouus Dominus eiusdem cum antiquo sit clypei, nec ne? Longe aliter contra sentendum de iure vasalli circa dominium vtile, cum huic neutrino illud in alterum transferre, & de eo in praieuidicum Domini disponere, licitum sit. Hic non agam de diversis modis, quibus hoc fieri potest, sed duntaxat inquiram: an Vasallus absque consensu domini antiqui nouum sibi adoptare possit? Varie autem hoc efficitur, cum Vasallus nouum Dominum adoptando, aut id intendit, ut Dominus antiquus dominio directo plane desistatur, aut, ut illud quidem retineat, ita tamen, ut & nouus id adquirat, aut, ut nouus dominus fiat subdominus & simul Vasallus domini antiqui.

### §. XVIII.

Quod ad duos priores casus attinet, eorum decisio facillima est. Primo enim casu Vasallus totum dominium directum in nouum dominum transferre vult, quod, cum ipse non habeat, in aliud transferre nequit. Praeterea leges feudales eiusmodi Vasallo, qui feudum suum ab alio, quam a legitimo Domino suo recognoscere auderet, feudo priuatu dignum declararunt. *Ius feud. Aleman. Cap. XXXI. pag. 37 Corp Iur feudal. Dn. a SENCKENBERG: Si dicat Vasallus se ab alio domino tenere, quam ab eo, a quo accepit, idque praesente domino: si probat dominus per duos testes ad se pertinere fundum, siue iure allodii, siue etiam iure Feudi, tunc fundum eu cit. & vasallus feudum omisit. Autor. vet. de benef. loc. cit. pag. 162. Bona, quae homo habet ab aliquo Domino, & ab alio dicat, sibi ea concessa: in bonis deficiat, si dominus a quo se in beneficratum dicit, ea non obtinuerit. conf. Extrat des Ordin-*

*Ordinanc. de St. Louis loc. cit. pag. 484. & seqq.* Altero autem casu videtur quidem Vasallus nihil facere, quod Domini ius laedat, siquidem secundum hypothesin dominium directum ei integrum manet: at, si ea, quae inde fluunt, accurate inspicias, hunc casum aequae ac illum moraliter impossibilem inuenies. Ponas enim Vasallum absque heredibus feudalibus decidere, aut committere feloniam, cui dominorum feudum aperietur? antiquo, an novo. Ponas porro, Vasallum coram foro feudali esse citandum, quis dominorum citationem emitte? Ambo prouocabunt ad dominium directum, vi cuius feudum domino aperitur, cuiusque virtute, iudicium feudale dominus exercet; alterutrius igitur dominium directum evanescat necesse est. Et sic clare patere puto in utroque casu vasallum illicite agere. Restat tertius, quo Vasallus sibi subdominum adoptat, aut, quo feudum suum alteri in subfeudum offert, quem accuratius quam haec tenus factum expendere mihi proposui, & quidem ram quoad Vasallos in genere, quam in specie quoad Vasallos Imperii.

### §. XIX.

Vasallus qui sibi subdominum adoptat, sit ex Vasallo subvasallus, & per consequens nexus feudalis inter eum & dominum directum dissoluitur. Subdominus vero sit domini superioris Vasallus, & omnia iura quae huic competebant adquirit. Idcirca Subvasallus omnia seruiria, quae antea superiori domino praestabat, subdomino praestare deberet. Et cum in natura subfeudorum fundatum sit, vt subdominus sit iudex causarum feudali in prima instantia, conf. de LVDEWIG de primo forfuf feud. imp. cap. 4. etiam huius tanquam iudici primae instantie

instantiae, cum antea praedominum iudicem suum immediatum agnosceret, subiicitur. Exinde porro fluit, ut si delictum feudi priuatione dignum, quod Feudistae feloniam appellant, committit feudum iam subdomino, non ut antea Praedomino, aperiatur. Idem dicendum, si familia noui Subusalli extinguitur. Hi sunt primari effectus, quos oblatio feudi in subfeudum caufatur. Ex his diuidicandum, an Vasallo tam pingue ius, ita de feudo suo in praeiudicium domini disponendi, concedi possit, ideo in singulos inquiram.

## §. XX.

Primo loco posui, si subfeudum oblatum nascatur, nexus feudalem inter dominum & Vasallum tolli; Vasallum fieri Subusallum, & Subdominum Vasallum Praedomini. Quilibet ex hoc facile intelliger, hic fieri alienationem feudi. Eo ipso enim cum Vasallus Subdominum adoptat, transfert in eum dominium vtile, quod ipsi antea competebat. Quum autem omnis alienatio feudi & noui Vasali obtrusio tam in consuetudinibus feudalibus Longobardicis quam Germanicis clienti sub poena amissionis feudi sit prohibita; sequitur necessario ut oblatio feudi in subfeudum, quae nil aliud quam alienationem & noui Vasalli obtrusionem inuoluit, sit illicita. His conuenienter scribit b. HERTIVS in tract. de feud. oblat. In thesi facillima est resolutio huius quaestioneis: nam vasillus neque alienare, neque proprietatis causam vello modo mutare potest. Neque vero si Vasillus subfeudum constituere, etiam oblationem facere poterit: quoniam longe diuersa utriusque est ratio, per subinfeudationem enim nouus Vasillus adquiritur, & domino directo nihil decedit:

at

*at oblatione intercedente nostrum quis sibi dominum imponit,  
cui peculiari vinculo in posterum obstringitur.*

§. XXI.

Alterum oblationis feudi in subfeudum effectum esse dixi, ut Vasallus subdominum adoptans seruitia, quae ante praedominio praefitterat, nunc subdomino praestare debeat. Seruitia olim pro diversitate vasallorum erant diuersa; alia erant militaria, & qui ea praestabant, in specie dicebantur milites, licet vox militis medio aeuo variae erat significationis, siquidem sub ea saepius omnes ingenui, vel hodie dicti nobiles inferiores, propterea quod omnes, si imperium bello implicaretur, castra sequi tenebantur, saepius autem ordine equestri condecorati, comprehendebantur. Conf. PFEFFINGER. Vitriar. illustrat. Tom. II. pag. 854. & 866. Alia erant aulica, & qui ad ea obligati erant, dicebantur in specie Ministeriales, tametsi & haec vox in lato significauit alios Vasallos designaret. vid. Dn. KOPPIVS loc. cit. pag. 115. Alia erant castrrena, a defendendis castris ad quae eius generis valalli adstringebantur, dicta, ipsi autem dicebantur Castrenses, Castellani, Burgmanni WALDSCHMIDT de feudis castrenis in Tom. II. Iur. feudal. Dn. IENICHEN, KOPP. de insigni different. inter Com. & Nob. Imper. in supplement. Vasalli milites dominis suis in expeditionibus bellicis assistebant, & quod vario armorum genere utebantur, feuda eorum inde diuersimode denominabantur, nimirum feuda Scuti, Loricae, Clypei &c. Plerumque domino seruire obstricti erant, si bellum terras eius concerneret, et si pro diuersis consuetudinibus & pactis feudalibus saepius extra domini prouincias militare debebant. Vid.

D

illustr.

illustr. STRVBEN von dem Unterscheid zwischen den ehemaligen ritterlichen Lebndiensten und heutigen Ritterdiensten in Part. I. der Nebenstunden pag. 431 & sq. Dominus eos ad seruitia praestanda euocare solebat, quod medio aeuo Bannum vel Heribannum dicebatur, & nisi se fisterent, vel eo consentiente bannum soluerent, feudo priuari poterant. vid. Constitutio FRIDERICI I. contra alienat. & oppignorat. feud. Imper. in LÜNIG. Corp. iur. feudal. Tom. I. pag. 33. conf. OTTON. FRISINGENS. de gest. Friderici Lib. II. cap. 12. vbi rigorem Dominorum in condemnandis Vasallis describit, si non aderant in campis Roncaliis, vbi lustratio militum fieri solebat: at, sequenti die, inquit, quicunque nocturnis vigiliis defuisse deprehensus erat, denuo ad praesentiam regis, aliorumque principum, vel virorum illustrium euocatur: sicque omnes omnium beneficiati qui sine bona voluntate dominorum suorum domi remanerunt, in feudo condemnantur. GVNTHERVUS in Ligurino Lib. II. vers. 36. & seq. Et licet postea cum miles mercenarius [con]scribi coepit, seruitia in persona praestari in plurimis locis desierint, & nunc loco eorum certa pecuniae summa, vulgo Ritter-Pferd dicta, solui solet, tamen etiam recentiori aeuo non infrequens est, dominos in casu necessitatis Vasallos suos ad seruitia in persona praestanda euocare. Vid. Aus schreiben Hertzogs Ernst zu Sachsen-Gotha an die Vasallen zu Praefirung der Ritterdienste de anno 1673. apud LÜNIG in Corp. iur. feud. Tom. III. pag. 921. conf. pag. 1021. Putat quidem illustr. STRVBEN loc. cit. §. I. Dominos antequam euocarent Vasallos ad praestationem seruitiorum ut plurimum consensum eorum habere debuisse, idque multis exemplis illustrat, sed si uberrima haec euocationum exempla, duae b. LÜNIG collegit, fugitiuo dunta-

duntaxat oculo perlustres, apparebit, dominos saepissime, praesertim recentioribus temporibus, Vasallos suos, non exhibito eorum consensu, euocasse. Ut vt est, saltem ex dictis pater, vasallum dominum, nisi priuationem feudi incurrire velit, seruitis debitis destituere non posse, & per consequens omnes actus, quibus hoc fit, esse illicitos. Cum itaque per adoptionem Subdomini dominus deberis seruitis destituatur, siquidem Vasallus ea subdomino debere incipit, eam illicitam esse necesse est. Nec opponere potest Vasallus subdominum suo loco seruitia praestare posse, siquidem, ut supra ostendi, Vasallus feudum suum, quo pro se & suis posteris inuestitus est, id coque ad certas personas restrictum, tertio cedere non potest: idcirco etiam is cui id in subfeudum obtulit, domino seruitia praestare nequit, propterea, quod hic illum pro Vasallo, qui ipsi inuito obtrudi non potest, agnoscere non tenetur.

## §. XXII.

Ex adoptione Subdomini tertio fluit, ut iurisdictio feudal is in eum, tamquam dominum immediatum transeat, vid. L V D E W I G loc. cit. cap 4. Caussae feudales quondam, quemadmodum adhuc hodie in quibusdam Germaniae provinciis ad separatum forum perinebant LVDOVIC Cap I der Einleitung zum Lebens Proces. Dominus & Pares Curiae in eo erant iudices R A D E V I C V S Lib. II. cap. 5. Si de iure inter duos Vasallos sit controversia, domini sit cognitio & per eum controversia terminetur: si vero inter dominum & Vasallum lis oriatur, per Pares Curiae a domino sub debito fidelitatis coniuratos, terminetur. Huic domini & Parium iudicio locus erat, non tantum, quando Dominus & Vasallus, sed etiam si Vasalli

D 2

salli inter se litigabant. Vid. LUDOVICI loc. cit. pag. 21. qui haec egregie ex legibus Germanicis illustrat. Etiam in feudis imperii dictum iudicium obtinebat, in quo Imperator & Status erant judices, & plerumque a Scriptoribus medii aevi appellatur Ius Principum. Optime id docet Epistola SIGISMUNDI ad Concilium Basileense in causa Erici Lauenburgici & Friedericis Misniae Marchionis, scripta, ex qua sequentia verba notanda: *Cumque iuxta formam iuris ac stylum & obseruantiam sacri nostri imperii feudales quæstiones coram dominis feudorum, etiam si minores Valvassores essent, ac Paribus curiarum suarum, respectu feudi, de quo agitur, decernendae sint, quod etiam ius in nostra Caesarea maiestate, & Jacro imperio nostro, & paribus Curiae nostræ, respectu feudi talismodi merito debeat illæsum conferuari, consequens esse, causam prælibatam ad forum nostrum pertinere, &c.* vid. PFEFFINGER cit. Tom. III. pag. 336. Qua vero causæ feudales isti domini ac Parium iudicio vsque adeo adstrictæ sunt, vt Vasallus in causis feudum concernientibus nullum alium, quam dominum, a quo feendum habet, iudicem agnoscat, nec sine eius consensu se possit alteri subiicere; per oblationem vero feudi in subfeudum iudicium feudale in Subdominum transferatur, eam, si non consentiente domino facta, irritam esse.

### §. XXII.

Oblatio feudi in subfeudum quarto efficit, vt feudum extincta Subvasalli familia, quod alias domino primo

mo apertum esset, iam aperiatur subdomino. Ex natura fluit dominii directi, ut dominium vtile, si nemo, qui in hoc ius quoddam sibi vindicare possit, superest, cum illo consolidetur. Et hic insignis se offert differentia inter dominum directum & Vasallum. Vasillus enim numer quam sperare potest, feudum eius sine sit datum, siue oblatum, dominium directum sibi apertum iri, licet dominus sine vlo herede decedat. Tunc enim, si dominus fuit immediatus, illud cum reliquis eius bonis cedit Imperatori & imperio. Si vero fuit Landfassus, transit ad dominum territorialem, prout egregie ostendit Dn. KOPP in Parte II. der *Leben-Proben* pag. 163 vsque 234. Idcirco Vasillus etiam de iniuria sibi facta queri non potest, et si ultimus ex familia Domini dominium directum aliener, vel inter viuos, vel per testamentum. Domino e contrario maxima fieret iniuria, si Vasillus vlla ratione id ius ei sine suo consensu interuertere vellet, quod fit per adoptionem subdomini sine eius consensu factam, ideo ea quoque propter hunc effectum subsistere non potest.

#### §. XXIV.

At instas, si dominus alium, vt in antecedentibus euici, dominio directo inuestire & per consequens Vasallo Subdominum obtrudere potest, sequitur Vasallo non minus licere adoptare Subdominum & Domino nouum sui loco substituere Vasallum: sunt enim domini & vasalli iura reciproca. At quis non statim videt, veritati plane non conuenire principium, cui hoc argumentum superstructum, cum ex eo, nil nisi absurdum, sequantur. Sic. e. g. Dominus dominum directum vendere, donare, permutare potest, ergo Vasillus quoque dominium vtile.

D 3

Sic

Sic dominium directum consolidatur cum vili, extincta vasalli familia, ergo etiam dominium vtile cum directo, ultimo ex familia domini demortuo: haec omnia tamen legibus & observantia satis refutantur. Quum itaque principium de reciprocis domini & vasalli iuribus sit falsum, fieri non potest, quin omnia quae ex eo fluunt, ita sint comparata. Iura domini circa dominium directum, & vasalli circa dominium vtile ex diuersis principiis sunt diiudicanda, & ab uno ad alterum non potest concludi. Dominus enim dominium directum feudi possidet illimitatum, & idcirco de eo pro arbitrio potest disponere. Vasallus e contrario habet usumfructum Germanicum, ita tamen ut eum non possit alienare ea ratione, ut nexus feudalis inter ipsum & dominum tollatur, & huic nouus vasallus obrudatur, id quod plane conueniens est originibus feudalibus. Domini enim dabant feuda ministris suis vel militaribus vel ciuilibus loco stipendiis, & ista huius tenebant, quam a seruitiis erant domini. Ex ipsa autem huius negotii feudalis natura fluebat, ut Vasallus feudum suum tertio cedere non posset, ita ut hic loco illius seruitia domino praestaret. Quantum enim abest ut hodie Minister Principis salaryum suum, & cum eo munus in alterum transferre possit sine consensu domini: tantum etiam aberat, ut hoc posset Vasallus, siquidem eadem huius, quae illius, erat conditio. Postea quidem feuda ad filios, & per simultaneam inuestituram ad agnatos transibant, sed per hoc non accrescebat Vasallis pinguis ius circa feudum. Habant usumfructum, quem antea habuerant, nec magis quam antea de eo disponere poterant, cum inde, quod ius quoddam sit hereditarium, non sequatur, fieri illimitatum; quando limitatum erat, cum personam nondum exiret. Huc etiam collimat

mat Perillistr. de SENCKENBERG. in *Meditat. Ius. publ. priuatum & historiam concern.* Fascic. II. pag. 234. & seq. Et quamvis postea vjusfructus hic ad omnes descendentes masculos pertinet, id tamen in iure Vasalli nil mutauit, cum iuris indubitati sit, ad originem praeципue respiciendum, Et quemlibet rem ita possidere praesumi, ut ab initio possessa est, nisi aliud doceatur. De hoc vero, nec vola nec vestigium, cum expeditum habeamus, tempus & duracionem nec tollendae, nec inducendae obligationis modum, censi, nec variari obligationem, siue negotium per longum siue per breve spatium daret, cum nemo sibi possessionis causam mutare queat.

§. XXV.

Equidem obiiciunt quidam, cum clientelaria Germanorum instituta hoc dederint cuiilibet vasallo, ut adoptare potuerit Subvasallum, etiam noui Subdomini adoptionem nihil habere posse insolentiae ac duritatis. Sed quis non animaduertit differentiam? Per subinfeudationem domino non obtruditur nouus vasillus, nec iura eius, qui ipsis competunt vi dominii directi vlo modo laeduntur; ipsis seruitia a vasallo exigenda & iurisdictio in eum salua manent; extincta vasalli familia dominium vrile ei adcrescit, &, nisi in subinfeudationem consensit, ea simul cessat, quo casu sequimur regulam: resoluto iure dantis, resolutur ius accipientis. In adoptione subdomini vero omnia aliter se habere, ex superioribus facile est perspectu.

§. XXVI.

Non tantum autem oblatio feudi in subfeudum non consentiente domino inualida est, sed etiam neglecto consensu

fensi eorum, qui ius in feuda habent. Inter hos retero agnatos & simultanei inuestitos. Dissentunt quidem iuris feudalium Doctores, quaenam successio in Germania obtinet, Longobardica, quam ex pacto & prouidentia maiorum dicunt, an simultanea inuestitura quam appellant communem, ad eam distinguendam a Saxonica. Illi pluri veteres & recentiores Feudistae calculum suum dant, hanc autem in primis defendit Perillustr. SENCKENBERG in *Meditat. Ius publ. priu. & histor. concern.* pag. 557. & seq vt & in epistola de *vñ Iur. feud. Long.* §. 45. sub fito nomine RICCIARDI DE ANTIQVIS edita. Quaecunque autem successio tibi probatur, concedas necesse est, ad validitatem oblationis feudi in subfeudum consensum eorum, qui ius habent in feudo, esse necessarium. Etenim iis, qui ex pacto & prouidentia maiorum iure succedendi gaudent, ius suum interuerti non potest, per adoptionem Subdomini aurem eo priuantur, quia Vasillus offerens de subfeudo, tanquam nouo feudo, pro se & posteris suis inuestitur, & per consequens agnati excluduntur. Necessario igitur sequitur, vt actus oblationis iis inuitis susceptus sit inualidus. Illis vero, qui communia simultanea gaudent inuestitura inuitis, vasillus possessor multo minus aliquid facere potest, quod eorum iuri damnosum est. His enim longe pinguius in feudo est ius quam agnatis, quoniam habent condominium vtile & possessionem, & ideo vix dici potest, eos vasallo, sine heredibus feudi capacibus decedenti, succedere. Cum igitur per demonstrata adoptatio subdomini ipsorum iuri valde obsit, quisne videt eorum consensum ad hunc actum esse maxime necessarium.

S. XXVII.

§. XXVII.

Interea fatendum in iis prouinciis e. g. Lusatia, Pomerania & terris Megapolitanis, vbi feuda sunt alienabilia vasallum etiam absque consensu domini feudum suum tertio in subfeudum posse offerre. Cum enim dici nequeat adoptionem subdomini magis praiejudicare domino, quam alienationem, haec vero per hypothesis sit licita, sequitur, ut etiam illa prohibita esse non possit.

§. XXVIII.

Transeo ad feuda imperii. Quaeritur an illa sine consensu Imperatoris in subfeudum possint offerri? Iure consulti in decisione huius quaestionei non conueniunt. LYNCKERVS, qui alias iura Imperatoris omnibus viribus propugnat, sine vlla haestatione affirmative calculum suum dat, dum ait: *Ein Lehen, welches jemand mit der Reichs Standshaft, und ohne Mittel unterm Reich besetzt, mag wohl nähern und mehrern Schutzes halber, oder andern Ursachen willen, ob er wohl solche vom Reich zu Lehen getragen, hiernechst von einigen andern mächtigen Staenden des Reichs recognoscirt, und insonderheit alsdann intuitu imperii zum After Lehn und in feudum empfangen werden.* vid. *Responsi.* 194. num. 7. pag. 208. Nec defunt allii, qui cum eo faciunt. Mihi totius controversiae cardo in eo haerere videtur, an feuda imperialia olim alienabilia fuerint & adhuc sint, nec ne? Si enim illud demonstrari potest, nemo inficias ibit, vasallos potuisse subdominum adoptare, sin minus, quod ego quidem defendo, vehementer dubito. Quodsi enim feuda imperialia liberae vasallorum dispositioni subiecta fuissent, quid quaeso opus erat constitutione Henrici VI. qua hic Im-

E pera-

perator principibus, vt eos alliceret, ad dignitatem imperatoriam domui suae hereditariam faciendam, hoc beneficium in remuneracionem obtulit, vt, si nullos habent filios, filiae vel cuicunque in Genealogia proximo, ipsam delegarent hereditatem, vel vt, RICCIARDVS DE ANTIQVIS loc. cit. §. 47. hoc explicat, vt ipsis liceret, si filii carerent imperatori filiam vel quemcunque cognatum offerre, vt eum simultanee inuestiret. Nonne ridiculum erat Imperatorem principibus ius tribuere velle, quod iam vi iuris feudum alienandi habebant? Quis enim dubitat, eum, qui potest feudum alienare, posse etiam tertium in condominium recipere? Porro expressam habemus Henrici VII. Constitutionem, qua generaliter declarat, feudum sine consensu Imperatoris alienari non posse. Exstat illa in *Corp. Iur. feud.* Perillustr. SENCKENBERGII pag. 587. ex qua sequentia verba transcribam: *Nuper ad nostrae Celsitudinis peruenient audientiam, Pavillarem Iohannem Ducem Brabantiae seu progenitores & antecessores suos forum salis & piscium, quod in Antwerpia fore consuevit, & a nobis & a nostris praedecessoribus & imperio tenebatur & tenetur in feudum irrequiritis & inconsulis praedecessoribus nostris Divis Imperatoribus & Regibus, qui pro tempore fuerint, & sine consensu corundum titulo donationis vel venditionis alienatum & de praedi<sup>c</sup>to oppido ad oppidum Mechliniense transpositum fuisse, & improuide translatum, non considerato prouide nec praeuiso, quod Vasallus qui feudum Domino inconsulto & sine consensu eiusdem alienat feudum perdit, &c.* Praeterea plane non intelligo, quid priuilegii, quod tamen & historici & iuris publici Doctores tantopere extollunt, Dux Austriae a Friderico I. obtinuisse, dum ipsi potestate libaram dedit, terras suas donandi, deputandi, cuicunque volue-

voluerit, si sine heredibus liberis decederet, nec in hoc, addit Imperator, per imperium debet aliqualiter impedi-  
ri, si idem ius omnibus principibus competisset? Et cui bo-  
no Fridericus II. si principes libere de feudis suis dispo-  
nere valuerint, Ordini Teutoni co dedit priuilegium, ut  
quicunque, inquit imperator, ap. Dn. de SENCKENBERG  
loc. cit. pag. 550. de bonis imperii nomine feudi tenet &  
possidet, licenter & libere, tanquam proprium, conferre  
valeat eidem domui hospitalis. Nec etiam est probabile  
proceres imperii, qui per singula secula maiora iura ac-  
quisuerunt, si tam opimo iure gauisi essent, id dimissu-  
ros fuisse, siquidem hodie nullus juris publici scriptor id  
ipsis attribuit.

### §. XXIX.

Opponunt quidem contrariae sententiae patroni ad  
opinione suam sufficiendam sequentia argumenta-  
1) Principes olim confraternitates iniisse non adhibito con-  
sensu Imperatoris. Sed contrarium euincunt exempla a  
doctissimo PFEFFINGER collecta Tom. IV. pag. 217.  
vsqne 228. quibus plurimum consensus Imperatoris ac-  
cessit. 2) Ordinem successionis in Germaniae principati-  
bus in origine pendere a prouidentia populi ac proce-  
rum cuiuscunque prouinciae, & inde concludunt, eorum  
consensum sufficisse ad validitatem alienationis feudorum  
imperii. Dissidentes hic spectare principium suum, quo  
contendunt, ordinibus prouincialibus olim competuisse ius,  
principem sibi eligendi; quisni animaduerit? Verum  
enim vero hoc ius non omnibus, sed quibusdam dunta-  
xat prouincias competit, ex historia medii aei satis tu-  
perque constat, & quid de harum iure etiam sit haben-  
dum, optime ni fallor, ostendit SPENERVS im teutschen  
Iur.

Iur. Publ Part III. pag 136. Bey dem allen kam es nicht allein in den Caroling'schen, sondern auch in folgenden Zeiten nach dermahlen gültigen königlichen Rechren, vornehmlich auf den König an. Davon lasse ich die oben heygebrachte Zeugnisse reden. Man kan sich die Sache zum Theil fast einbilden wie es mit der Ertz und Bischof's ersten Einsetzung ging. Nach den ordentlichen Rechten wählte der Clerus und das Volk den Bischof, der König bestätigte und belehnte ihn. Dennoch that der König meistens alles allein, obgleich die Bischof's, der Clerus und das Volk oft darüber murreten. So hatten erstlich nicht einmahl alle Staaten die nothwendigen Wahlrechte ihrer Hertzoge hergebracht. Die es aber auch hätten ließen dennoch saft freywillig den Käyser bey der Hertzoge Einsetzung thun. Murreten auch dann und wann die Landstände, daß sie gar nicht wären wegen des neuen Hertzogs gehöret worden, so ließen sie es doch allezeit gut seyn. Eandem ferme doctrinam habet Illustr. Dn. de LVDEWIG in differt. de paetis de superstitione haeredio pag. 55. vbi ita mentum suam declarat: verum praeterea in Germaniae feudis illud quondam fuerat singulare: quod etiam Germaniae principatus iamiam aperti, ac vacui possessorum, nequuerint confirri alii nisi ex indulgentia Imperatoris imperique principum ac procerum in comitiis: immo aplaudentibus provincialibus ordinibus. Et in nota 12. hanc addit rationem: causa facilis est ad intelligendum. Est enim princeps, Germaniae Vasallus in nexus triplici Principio imperatoris, deinde imperii; demum provincialis Ordinum. Itaque triplici quoque opus fuerat consensu. & bona pace in noui regnatoris appellatione. Provinciales Ordines commendauerant Candidatum accep- rat eundem Imperator, firmauerat imperium universum. Cum itaque in alienatione feudi imperii eadem obtineat ratio,

ratio, sequitur ut etiam hoc casu consensus imperatoris negligi non potuerit.

§. XXX.

Quoniam igitur ius adoptandi subdominum ab eo dependet, vasallum potestatem habere feudum suum alienandi, & hanc vasallis imperii olim competitissime probari non potest, facilis est conclusio, eos feudum suum tertio in subfeudum offerre sine consensu imperatoris de iure non potuisse. Nec obstat, adesse eiusmodi exempla, vbi consentisse imperatorem non patet. Quis enim inde ad ius quoddam concludere potest? Quodsi ex factis iura sint determinanda, quam facile est, apologiam pro Carolo IV. quem Maximilianus vitricum imperi vocavit, scribere, quod dominium imperii dilapidauerit. Prouocare poterat ad facta antecesorum suorum, qui non minus largi, quam ipse, in eo dissipando fuerant. Attamen nemo facile, qui principia iuris publici vniuersalis callet, Carolum id de iure fecisse dicet. Nec metuo obiectio nem, obseruantiam in imperio nostro vim legis habere, cum hic desint requisita ad eam necessaria. Quis e. gr. exinde quod in medio aeuo interdum filiae masculis deficienibus per gratiam imperatoris in feuda successerunt, colliger, olim generalem fuisse in imperio contubernem, qua filiae masculis extintis ad feuda admissae fuerint? Praeterea, si exempla ad quae prouocant dissententes accurate examinantur, statim patet, paucissima huc pertinere, siquidem feuda data & allodia in feudum obligata commiscere solent, & ea quae huc trahi possunt, iis temporibus acciderunt, quibus patria nostra turbis & calamitatibus subiacebat, quibusque inter arma leges filebant. Quam facile igitur fieri poterat, ut status imperii,

qui viribus suis parum fidebat, alterum potentiores subdominum adoptaret, ut sub huius tutela ab hostibus securus viveret. Quin vero ipsi aduersarii fatentur, non raro quoque praecessisse consensum imperatoris, & anno-tauit Illustr. MASCOV. ita obseruatum esse a temporibus Caroli IV. Vid. eius lib. de iur. Feud. cap. XII. §. 5.

### §. XXXI.

Parum etiam iuuat dissentientes, olim ius suum prosequi potuisse principes atque ordines imperii vel armis vel arbitris, Austregis vel sententia imperiali, quapropter Caesaris vix potuerit interesse, sive cum agnoscerent iudicem Ordine immediate, sive intermedio nouo subdomino. Etiam ius feudale Longobardicum Vallum in caussis feudalibus ad arbitros prouocare permittit, nec tamen secundum illud subdominum adoptare cliens potest, cum potius hoc ius omnem alienationem, quae inest adoptioni subdomini, prohibeat. Frustra etiam prouocant ad ius domini, vi cuius dominium directum potest alienare. Quis enim, quaeso, id vñqnam imperatori concessit? Dominium directum feudorum imperialium non solum est apud imperatorem, sed etiam apud imperium, quod ideo, si alienandum, consentire debet. Quod autem ad historiam attinet, qua Sigismundus dicitur dominium directum super Holsatiam Episcopo Lubecensi cessisse, ea multis dubiis adhuc est exposita; siquidem alii non sine probabili ratione putant Sigismundum Episcopum Lubecensem duntaxat Vicarium constituisse, a quo Comites Holsatiae inuestitiram recipenter. vid. GVNDLING de feudis Vexilli pag. 85. vsque 92.

### §. XXXII.

§. XXXII.

Ceterum hodie omnes ferme Iureconsulti in eo conueniunt, feuda imperii non esse alienabili. Ideo etiam nullae confraternitates sine consensu imperatoris iniri possunt a vasallis imperii vid. Dn. de LVDOLF de iure feminar. illustr. pag. 51. Et cum ius adoptandi subdominum praelupponat ius feudum alienandi, & hoc Statibus imperii non competit, sequitur, vt etiam illud de iis prae-dicari non possit. Inprimis cum electores suo ac reliquorum Statuum consensu Imperatorem obligarunt, vt feuda imperio aperta domanio imperii adjudicet, & vt ne exspectantiam quidem alicui impertiat, per hoc autem nihil aliud intenderunt, quam vt domanium imperii, quod valde diminutum est, ea ratione incrementum capiat. Ipsi Status itaque contra hunc finem agerent, si feudum suum Constatui in subfeudum offerent, siquidem tunc non imperio sed subdomino aperiretur. Sic iudicant eruditissimi Iurisconsulti. ITTERVS de feudis imperii pag. 951. & seq HERTIVS de feud oblat. Part. II. §. 15. & quem primum nominare debebam Illustr. MOSERVS in Biblioteca iur. publ. pag. 387. cuius verba, quoniam hanc materiam egregie illustrant, hic transferam: *Wann auch wahr ist, quod olim reciderit vtile dominium ad Ordines prouinciales, so ist doch darauf, und auf die vorangezogene erste raison zu antworten: daß joches doch wenigstens heute zu Tage nicht mehr angeben könne, nachdem in denen Reichs Gesetzen verseken worden, daß die eröffnere Reichs Leben zu denen Reichs Domainen geschlagen werden solten, welcherley casus fast in Ewigkeit nicht zu hoffen wäre, wann denen Vasallen frey stünde ihre Reichs-Lehn einem andern aufzutragen, und zwar also, daß nach des Vasallen Abgang solche nicht dem Reich, sondern dem*  
*ohn-*

obnützlichen Lehn-Herrn beimfallen solten. So ist auch das argument a sic dicto correlato, weil nemlich der Käyser sein dominium directum einem andern wenigstens zu Lehn auftragen könnte, sehr unbündig; dann zu geschweigen daß es sehr grosse Zweifel hat, ob der Käyser einem Stand des Reichs einen andern Lehn Herren aufdringen könne? so ist doch noch ein großer Unterschied, dann dem Vasallen fällt mit Absterben des Lehn-Herrn nichts, hingegen dem Lehn-Herrn mit Absterben des Vasallen das dominium utile heim.  
conf. EIVSDEM Reichs Hoffraths-Proces Part. IV. p. 174. & seq. In thesi etiam consentit Illustr. MASCOV. loc. cit. Si feudis imperii plurima exstant subinfeudationis exempla. Si quis vero feudum, quod ab Imperio tenet, alteri Domino offerre velit, atque sic ex Vasallo immediato mediatum se facere, consensu Imperatoris opus est; quod usū quoque iam inde ab aeuo Caroli IV. seruatum. Hoc summi Viri praeclaro iudicio filium abrumpto.







VD 18

ULB Halle  
001 787 705

3



56



B.I.G.



DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> IVRIS FEVDALIS  
DE  
**OBLATIONE FEVDI**  
**IN SVBFEVDVM ABSQVE**  
**CONSENSV DOMINI**  
**INVALIDA.**

QVAM  
PRAESIDE  
**DANIELE NETTELBLADT**  
POTENTISS. PRUSSIAE REGI A CONSILIIS AVLICIS  
ET IVRIVM PROFESS. PVBL. ORDIN.  
DIE MARTII CI<sup>o</sup> I<sup>o</sup> CCLV.  
DEENDIT  
AVCTOR ET RESPONDENS  
**IOHANNES GOTTFRIED SALOMO**  
MAGDEVRGENSIS.



HALAE MAGDEVRG. LITTERIS HENDELIANIS 1783.

(5)

